



Sbd

E libris  
gymnasio Mauritano Magdeburgensi  
a venerabili  
**Carolo Funk**  
theol. doctore et gymnasii direttore  
a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.



GRATVLATIO

AD

PLVRIMVM REVERENDVM ATQVE CLARISSIMVM

DOMINVM

M. IOANNEM RVDOLPHVM

MEHMEL

DE DIACONI ISLEBIENSIS AD S. ANNAE MVNERE

FELICITER SVSCEPTO

NONIS MARTII MDCCCXXVIII

PERSCRIPTA

IOANNE AVGVSTINO GROEBELIO

LYCEI LONGOSALISSENSIS RECTORE

VRO CLARISS.  
DOMINO MEHMELIO  
Gymn. ILfeld. CON. RECTORI  
S. D.  
M. S. L. Mehmel.

AK





Vem semel adspexit nascentem lumine bando  
 Musa, nec obscure Fama latere sinet.  
 Nec permittet humi Genii vis viua iacere,  
 Sed dabit vt clarum docta per ora virum.

Testis es IPSE mihi, multum venerande MEHMELI,  
 Non fastiditis annumerande viris.

Vix, quasi Pierio, TE enixa, cacumine, Mater,  
 Excepit gremio docta Minerua suo,  
 Ifeldamque tulit, Puer hic tibi nectare, KRIEGKI,  
 Lacteque coelesti, sedulo alendus, ait.

Post ita formatum Ienenfis tradidit vlnis  
 Palladis, excellis inseruitque viris.

Mox calor ingenii feracis, & ardua virtus  
 Exserit, atque in TE lumina versa tenes,

Lumina cunctorum, quos Phoebus rore lauarat  
Castaliae, quotquot doctaque Iena fouet.  
Non equidem ignoro, quam gestes corda modesta,  
Quodque nihil credas laudis inesse TIBI.  
Vt tamen vitro exit congesta Cynthia nube,  
Vt cinis haud ignem suppositumque tenet:  
Sic cunctis, meliore luto queis pectora ficta,  
Ingenii produnt munera foeta TVI.  
Vidimus, illustres qua Patres laude bearint,  
Ac quanto eulogio, TE studiumque TVVM.  
Et licet haud extet sapiens censura virorum,  
Ingenii praestant id monumenta TVI.  
Scilicet emensus vix septem lustra, vigentum  
Annorum seriem nec numerare potes.  
Inuenta ingenii sed eunt iam plena senectae,  
Quemque habeant, monstrant, postera saecula virum.  
Liberat interitu TVA sedula dextra, quod olim  
FRITSCHIVS immenso protulit ingenio.  
Sic TIBI das vitam, vitae illum munere donans.  
Schwarzburgense decus praefidiumque fuit.  
Qui iubet haut lasis pedibus TE currere metam,  
Gothani fuit is gloria prima chori.  
Crede mihi, est virtus recte bene coepta tueri,  
Fortiter, & quam quis coepit, adire viam.  
CLAVDIVS & FLEVRY Gallorum voce locutus,  
Non poterat Latiis utilis esse viris.

Non est MEHMELII cura haec perpeffa studentis,  
Ignotum tanti muneris effe bonum.

Impiger interpres Latias hunc vexit in oras,  
Et docuit lingua liberiore loqui.

Coetera quis nescit? Post tandem fede relicta  
Salaidum, accedis moenia Isislebiae.

BOSIVS excepit. Quam multa hoc nomine dico!

Hic factis complet folis vtramque domum.

Scilicet hic summo doctos dignatus honore,

Semper munifica fuit & auxit ope.

Principibus placuisse viris si maxima laus est,

ILLE TVIS studiis portus & ara fuit.

Scilicet emenso vix anni tempore, dignus

Factus, qui Domini praeficerere gregi.

Sic placuit summis, quos omni tempore CHRISTI

Multa viros agitat cura salusque gregis.

CVNCTA BENE EVENIANT ! RVMPANTVR VI ILIA CODRO

QVI QVONDAM STVDIIS HIS INIMICVS ERAT.



78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.  
coll. nicht vergeben!



Sb.

1077

R.40







GRATVLATIO

AD  
TENDVM ATQVE CLARISSIMVM  
MINVM  
EM RVDOLPHVM  
EHMEL

EBIENSIS AD S. ANNAE MVNERE  
CITER SVSCEPTO  
ARTII MDCCCXXXVIII  
PERSCRIPTA

A  
GVSTINO GROEBELIO  
GOSALISSENSIS RECTORE.

*[Faint, mirrored bleed-through text from the reverse side of the page, including words like 'Palladis', 'Mox calor ingenii', 'Exterit', 'Post ha formatum', 'Facetiae coelesti', 'Illudaque melle', 'Excepit genio', 'Vix quae', 'Non facilius']*

RO CLARISS.  
LINO RDELIO  
LTFELD. CONRECTORI  
S. D.  
M. J. R. Nchmel.

AK

